

uero dicit: moechatur:

HOMO QUIDAM ERAT DIVES ET INDUCBATUR
purpura & bysso: & epulabatur cotidie splendide: &
erat quidam mendicus nomine lazarus: qui iacebat
ad ianua eius ulceribus plenus: cupiens saturari de micis
quae ad ebant de mensa diuitis: sed & canes ueniebant: &
lingeant ulceras eius: Factum est autem ut moreretur
mendicus: & portaretur ab angelis in sinum abrahae:
mortuus est autem & dives: & sepultus est in infernum:
elevant autem oculos suos cum esset in tormentis: uidit
abraham a longe: & lazarus in sinu eius: & ipse clamans
dixit: pater abraham miserere mei: & mitte lazarus
ut intingat extremum digiti sui in aqua ut refrigeret
linguam meam: quia crucior in hac flamma: & dixit
illi abraham: fili: recordare quia recepisti bona in uita
tua: & lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur
tuo uero cruciaris: & in his omnibus inter nos & uos: chaos
magnum firmatum est: ut qui uolunt hinc transire ad uos
non possint: neque inde huc transire: & ait: rogo ergo
te pater: ut mittas eum in domum patris mei: habeo
enim quinque fratres: ut testetur illis: ne & ipsi ueniant
in locum hunc tormentorum: & ait illi abraham: habeo
moysen & prophetas audiant illos: & ille dixit: non
pater abraham: sed si quis ex mortuis uerit ad eos: poeni
tentiam agent: & ait autem illi: si moysen & prophetas
non audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexerit credent:
Et ad discipulos suos ait: In possibile est: ut non ueniant
scandala: uiae autem illi per quem ueniunt: ut aliud est
illi: si lapis molaris imponatur circa collum eius: & pro
iciatur in mare: quam ut scandalizet unum de pusillis istis